



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

3. Executori remissio rationum reddendarum, an iure fieri debeat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

reddit. de accu c. qualiter & quand. el. 2. &
 in authen. de sanctissimis episcopis s. œcono-
 mus. col. 9. Quod fallit, vbi † esset liberatus 2
 & absolutus executor à ratione reddenda per
 testatorem: quia talis liberatio & absolutio
 valet, vt verbum sonat: nisi contra eum pro-
 baretur dolus in administrādo, vel distribuē-
 do: vt ff. de admi. tuto. l. quidam decedens. de
 libe. leg. l. si quis rationem. & l. si petitor. &
 ff. de leg. 2. l. si seruus vetitus & not. in Specu.
 de instrumen. edit. s. nunc aliqua. versicu. not.
 Ioan. And. in addi. Specu. & c. Ioan. de testa-
 men. Salyc. tamen & Dy. consuluerunt, † quod 3
 in dubio non valeat dicta remissio ne inuite-
 tur quis ad delinquendam: & ne fructum sue
 malignitatis acquirat. Item, quia non mere-
 tur liberari: & talis liberatio videtur relicta
 in pœnam non patientis de se fraudari: contra
 l. 1. C. de his, quæ pœnæ nomine. & ad l. si quis
 rationē. respondet: quia loquitur de administ.
 prator & ita intelligit glos. in l. Aurel. s. Caio
 ff. de lib. leg. Verba igitur operātur, vt remissa
 videatur solū scrupulosa redditio: vt not. ipse
 in l.

in l. nulli. C. de episc. & cler. & l. cum neces-
 sitatem C. de fideicommiss. Et eodem modo dicit
 Paul. de episcopo, quod nemini reddet ratio-
 nem, nisi Deo: vt d. l. si quis ad declinandam.
 4 † Circa tamen prædictam redditionem ratio-
 num quatuor sunt intelligenda. Primum, cui.
 Secundum, qualiter. Tertium, quando. Quar-
 tum: qua actione. De primò, cui ratio reddi
 debet. Quidam dixerunt episcopo, vt l. nulli.
 §. 1. C. de episc. & cler. Pleriq; quod iudici se-
 culari, vt §. si verò solis. & §. si verò ædificat.
 in authen. de eccl. titu. Plurimi putant. quod
 hæredibus & legatarijs: quorum maxime in-
 terest: vt l. de vno quoq; ff. de re iudic. Spec.
 vero in §. nunc aliqua. ver. sed cui. simpliciter.
 tenet, quod iudici seculari siue domino episcopo,
 in eius optione, præsentibus tamen vel citatis
 hæredibus, & legatarijs: vt l. 1. & authen.
 ibi posita. C. si vt se ab hæred. se ablineat. de
 elect. c. statumimus. de testibus. c. significauit. de
 confirmatione vtili, vel inutili. c. cum dilecta.
 Idem tenet Sal. in l. nulli. per l. actus ff. de ad-
 mi. tu. dicens procedere est in executore, qui non
 est subditus episcopo, sed ab eo exemptus: vt
 cle. eos